

DISSERTATIONIS,
DE
ORTHOËPIA & ORTHOGRAPHIA
LINGUÆ FENNICÆ,
Pars Posterior.

EUJUS SECTIONEM POSTERIOREM,
CONS. AMPL. FAC. PHILOS. IN IMP. ACAD. ABOËNSI,

Publico offerunt examini

GUSTAVUS RENVALL,

Philos. Mag. & Collega Scholæ Cath. Aboëns.

ET

HENRICUS LONGSTRÖM,

Stip. Bilmark. Nylandus.

In Auditorio Medico die IV Junii MDCCCXL.

Horis p. m. consuetis.

*Hæc ego mecum,
ubi quid datur otio,
Illudo chartis: Hoc est mediocribus illis
Ex vitiis unum.*

HORATIUS.

ABOÆ, Typis FRENCKELIANIS.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY

БІЛГІРДОН ТА БІЛГІРДОН
СІМІЛІНІ СІМІЛІНІ

БІЛГІРДОН

V. Jam ad usum litteræ d, que ad sonum Abœnsum tremulum, a nobis pagg. 10 & 11. descriptam (madon, taibdon) exprimendum, adhiberi solet, examinandum progrediemur. Primi namque jam Fennorum Scriptores, una cum dialeto Aboënsi, qua utebantur, memoratum & sonum & litteram in scriptis suis adoptarunt: recentioris vero ævi auctores, etiam dialectum puriore adamant, & tamen illud, antiquitatis quasi quæ sancitum, servare solent. Quæstio autem de retinenda vel excludenda hacce littera eoredit, utrum sit sonus ille, qui non nisi paucissimis Fenniæ incolis, (terram sc. Aboënsim & Satakundiam maritimam plerunque & Bottniæ inferiorem passim inhabitantibus) est potus, ceteris vero Fen-

G

nis

nec ipsi suo & antiquioribus temporibus usi fuerunt, testante eodem
MARIO VICTORINO) invaluit. Hinc jam idem duplex character, unus
cum Alphabeto Latinorum in scripturam gentium hodiernarum tran-
sit, & plerisque harum, Galis, Germanis, Svecis &c. hodie placet.
Quare idem, otii duplex & otiosus, relinqueatur necesse est in lin-
guis, quarum Orthographia usi diuturno & communi jam stabilita
est, ideoque hodie vix immutari se patitur (Hos. l. c. § 269).
Hinc vero si quispiam colligere velit, eundem errorem in nostram
inferendum esse scripturam, que hodie vacillans & incerta, cor-
rectiones certe non respuit sanas, cum linguae Fennicae usi haud
sapienter consuluisse putamus. Nec ratio patet, cur nos, pulchra
egregiaque, que in scriptis exterorum occurruant, sectantes & imi-
tantes, eorum simul errores amplectamus. Compendia vero scri-
bendi si quis desiderat, rescrire non possumus, cur ille potius
Latinorum x pro ks, quam Græcorum ψ pro ps, ξ pro ſ, ζ
pro ts, ς pro kai &c. adhibeat. His æquo jure addi possent litteræ
duplices variae, quibus abundat Alphabetum Russorum, (vid. Russi-
sche Sprachlehre von Dr. TAPPE pag. 2 - 13). Quæ vero introducta
selle, quam sit insanum, nemo non videt. — Nos vero haud pri-
mi sumus, qui usum litteræ ϕ e Fennica rejiciendum putamus scri-
ptura. Nobiscum conspirat ingeniosissimus & linguae Fennicae sol-
ertia Clarissimus Dom. JUDÆS, in Cartanib[us]: Virgoitysse
dictis (Aboe 1840),

nis non ignotus solum, sed pronuntiatu etiam difficilissimus, in
linguam Nationis communem adoptandus, scriptisque inseren-
dus, an potius more dialectorum ceterarum evitandus. Vi-
dentur namque in libris, qui communis commendari debent u-
sui, tales solummodo adhibendi esse soni, qui omnibus lin-
guas utentibus sint noti, vel saltem enuntiatu faciles, provin-
ciales autem omnes difficiliores rigidioresue evitandi. Vix-
que sperare licet, hocce d unquam Fennis omnibus commune
evasurum, cum vel ipsi Aboënses in eodem enuntiando hodie
valde variare, idemque modo Tavastorum sape eludere sole-
ant. Nec rescimus, quid savitatis aut venustatis, ut quidam
nostratum putant, linguae nostræ redundare possit ex retinen-
do hocce sono d tremulo, qui, qualis ab Aboënsibus emittitur,
non ceteris tantum Fenniæ dialectis, sed linguis omnibus
exterioribus, nobis quidem cognitis, est ignotus, ideoque bar-
barus forte habendus. — Reticere itaque haud possumus, pu-
ritati & facilitate linguae Fennicæ, ut nos judicamus, sapien-
ter potuisse consuli, si primi jam nostri scriptores hunc so-
num vel modo Kareliorum, Savonum, Bottniensium septentrio-
naliū cet. plane omisissent, vel saltem ut Tavastis placet, in
I aut r (quæ omnibus Fennis sunt notissima) convertissent.
Quæ vero omisso conversione hodie haud facile peragi po-
test, cum eadem littera usū diuturno jam fere approbata, li-
brisque nostris, ad hunc usque diem editis, plerisque inserta,
nec non plurimis terræ nostræ incolis ad figuram quidem jam
sit nota. Ambiguo igitur hoc rerum discrimine presi, nos
quidem, usu indulgentes communi, licet forsan haud optimo,
d illud, retinere solemus, donec alii non saniorem tantum, sed
usu etiam probatam scribendi methodum nos edocuerint 23).

VI. Quod

23) Minoris esse ponderis videtur sententia illorum qui, d ideo reti-
nendum putant, ut confusio vocabulorum diversæ significationis e-
vitatur, æque ac Svec. kål olus & kot carbo, hjord, gjord, jord,

VI. Quod de usu soni **o** Aboënsis diximus, idem fore de
filio bacio Kareliorum valet, quem mature jam scriptis Fen-
norum (ope litterarum, 1, 2 aut **o** designatum) insertum, &
deinde a multis vel nostri ævi scriptoribus conservatum de-
prehendimus. Hic enim sonus provincialis, quem non nisi
Karelii enuntiare solent aut valent, quicquid una cum his in
Fennia innotuisse videtur, usui communi recipi haud debui-
set. Unde hodie quidam sunt, qui ejus loco vel **o** Aboënsi-
um, vel **o** Tavastorum vel potissimum **o** Karislojöensium (qua-

G 2

omni-

pligt officium & plikt mulcta, diverse scribi solent. Nonnulla
quippe Fennis sunt vocabula, quæ omisso **o**, vel eodem in **o** aut
o converso, difficilius dignosci posunt e. c. maon (pro madon a
mato) seu palan vel paran (pro padan a pata) quæ cum maon
a mako & cum palan a pala, vel paran a parka facile confun-
derentur. Qualia autem vocabula cum pauca omnino nobis sint,
neque omnia tamen ejus generis in scribendo distinguunt possint
(quomodo e. c. raaka crudus, & raaka pertica, rahan a raha &
rahan a rahka, palan a pala bolus & palan verb. ardeo, ipsa-
que tahdon a tahto voluntas & tahdon verb. volo, & innumera
alia diverse depingas?); cumque homines hujusmodi vocabula in
libris ope oculorum & que facile ac in loquendo ope aurium di-
gnoturi sint, nulla hinc derivari potest ratio, cur **o** Aboënsium in
scriptis servetur. Nos quippe vocabulis in eloquendo similibus,
similem in scribendo faciem dandam, eademque propterea iisdem
litteris depingenda esse putamus. vid. Allm. Litt. Tidn. Åbo
1803, pag. 326 sequ.

Videtur de cetero sonus **o**, ab origine non nisi hominibus
Guonialaiset, quos olim littora Aboënsia & Satakundensia ma-
ritima inhabitasse verisimile est, proprius fuisse. Quibus ve-
ro a Tavastis Kareliisque, serius advenientibus (PORTHAN Chron.
Ep. pag. 87), nec non a Svecis Russisque, expugnatis, dis-
persis & cum iisdem commixtis, sonus etiam hicce divulgatus
quidem, sed famul dispersus, permixtus & passim suffocatus est,
ideo ut hodie ne ipu Aboënses quidem in eodem edendo sibi sem-
per constare soleant,

omnibus sunt prolati facillima) substituere velint 24). Medi-
am vero viam, quæ sœpe optima est censenda, illi ingredi-
videtur haud pauci Fenorum Auctores, qui ejus loco f non
eloqui solum, sed scribere etiam amant. Quibus si ceteri as-
sentirent, & provincialismi inter se apte reconciliarentur, &
firmitas Orthographiæ necesaria statueretur. Unde etiam lit-
tera g ex scriptis nostris plane evanesceret.

VII. Restat vero, ut de g denique illo, quod in scriptis
Fennorum permultis, maxime antiquioribus, pro f excluden-
do occursero solet (pag. 14), quid dicamus. Supra iam ob-
servavimus, eidem g nunquam in pronuntiatione nostratium
populari peculiarem tribui sonum. Facile igitur nobis per-
saderemus, auctores nostros hanc inter alia eo ex capite ad-
optasse litteram, quod perperam putaverint, f in lingua Fen-
nica, ad morem Graecorum, potius in g esse commutandum,
quam plane elidendum, quod urget IDMAN (l. c. pag. 15.) &
propterea fugit, lugus, ulgos, algusfa, reigat, legin po-
tius quam sa-ut, lu-ut, ulos, alugsa, reijat, tein (ut elo-
cerio audit quotidiana) esse exaranda. Nos vero, qui talibus
ex lingua Graecorum ductis rationibus non multum tribuen-
dum

24) Eorum ex numero, qui ts adhibent, citare habet Auctorem libri
notissimi: HUDDUS LINNEN Huvitus Luomisen Töistä, Max. Rev. Dn.
Dott. JEH. FROSTERUM, Präpos. & Pastorem in Sotkamo, de lit-
teris Fennicis meritissimum, nuper ex vita dēmigratum; nec non
JUDENIK Carmina: Kierjoitussa, jam laudata. GANANDER in scri-
ptis suis variis ft , ht & h alterne exarat. Estones recentiores pro
 g hodie ts pingere solent (stat s pro tg). HÜFEL l. c. pag. I.

Quod si vero quis sonum hunc blasphemum pure Karelicum in feri-
bendo retinere velit, eodem ex capite, quo nos h Aboënsium
retinemus, ille eum ope litteræ g (non h nec dg) denotet, oportet.
Sonus enim omnis simplex, qualis hic in ore Kareliorum,
charactere simplici, ubi fieri potest, exprimi debet,

dum putamus, sed potius scripturam cuiuscunq; linguae elo-
cutioni populari esse conformandam, nullamque in scribendo
admittendam litteram, cui in ore loquentium non respondeat
tonus peculiaris (Hof. l. c. § 178) urgemus, non possumus
non g ex vocabulis memoratae indolis relegandum censere. In
qua vero difficili re ita optime versandum existimamus, ut
juxta variam Fennorum pronuntiationem, jam supra explica-
tam, pro hocce g plerumque v exaremus, maxime in iis vo-
cibus, ubi loquentes inter vocales hiatum (cujus mentionem
pag. 14 factam reperis, cujusque aptiore signo caret Alphab-
etum nostrum) inferre solent, ideoque fuvut, luvut, puvut,
ne cum sunt, luit, puut confundantur, item huovata, tub-
van, raueta &c. — exceptis quibusdam tantum vocabulis,
ubi plurimi loquentium vel purum k adhibent (tukk, & si ma-
vis huokata, korotan?); vel idem plane omittunt (ulos, a-
raat, alussa, hárđat, korotan? tuhan?); vel j consonans
adponunt, (rejjät, hárjät, tujd?). Qua via si plures nostra-
tum insisterint, littera g otiosa & a genio elocutionis nostre
certe aliena, scite evitatur 25), nec confusio tamen legenti-
bus paritur.

Fatendum quidem est, Fennos antiquiores, qui tres has-
ce jam expensas litteras (d, z, g) in scripta sua cooptarunt,
haud temere fuisse jure suo ulos. Observantes enim quam mi-

- 25) Qui g hocce ideo retinere solent, quod alio charactere, pro hi-
atu vocales intercedente designando careamus, sciart illi innume-
ria adesse nobis vocabula, in quibus eloquendis idem hiatus occur-
rit, quibus vero scribendis g nunquam inseri solet. e. c. in ra-
paus, ilautan, &c. pagg. 17, 18 & alibi sparsim ennumeratis. —
Hof. l. c. § 182. "Tal et kan och bör icke rätta sig efter Skrif-
ten, eller som är det samma, allmänheten kan hvarken förmås
att inrätta sitt tal efter det skrifftätt, som en och annan behagar
eller tycker lämpligt att bruka; ej heller bör han det göra."

re dialecti variae in iisdem proferendis varient, (ut exempla supra sparsim allata indicant), optimum illi duxerunt, origina
lia *d* & *z* retinere, & pro *f* exciso semper *g* exarare. Cum
vero duo illa (*d* & *z*) sonos exprimant plerisque terræ nostræ
incolis ignotos, quos hi vere proferre non valent, nec unquam
valebunt, quasque litteras ideo in dialectis provincialibus de-
scribendis aptiores, quam in lingua communis haberet: *g* ve-
ro sonum habeat omnibus nostris peregrinum, talemque
qui nemini placeat; nos qui prævidere haud valemus, quomo-
do vulgus noster ad illos sonos ubique recte pronunciando
perduci poslit, simulque pro certo habemus, eam in scriptis
imitandam esse enuntiationem, quæ omnibus Fenniæ incolis sit
nota & usitata, ne cetera, quæ attulimus, argumenta repeta-
mus, non potuimus, quin methodum scribendi antiquiorem
improbaremus, & aliam, quæ nobis melior, sanior & facilior
visa est, commendaremus.

D. De Consonantibus geminandis.

Docent Grammatici, vocabulis in eloquendo dissimilibus,
in scribendo dissimilem dandam esse faciem, simulque char-
acteres Consonantium ad tenorem elocutionis jam simplices, jam
vero geminatos esse depingendos. In lingua quidem nostra,
ubi vocales longiores signis geminatis exprimere solemus, ge-
minatio consonantium ad solam vocalis moram denotandam haud
est necessaria, quod contra se habet in Svecanis multis, e. c.
in *fall*, *hatt*, *sedd*, *lönn*, *vägg*, *tigga*, *flytta*, ut a *fal*, *hat*,
sed, *lön*, *väg*, *tiga*, *flyta* ditingui possint; attamen vel in il-
lam quadrant allatæ regulæ. Consonantes enim Fennorum fere
omnes in eloquendo jam simplices, jam vero geminatæ occur-
rere solent (pag. 19). Sic in vocabulis e. c. *rifki*, *tussi*,
ämmä, *annon*, *appi*, *herra*, *mässi*, *mitta*, consonantes me-
diæ duriore dupliciæ emittuntur sono, aliquæ quam in *rif-
fon*,

ton, tult, emā, onon, apu, hera, mesi, misan 26). Quæ
jam elocutionis differentia non nisi ope characterum gemina-
torum bene exprimi potest. In litteris autem p, t, t̄ (quæ
alium in ore Fennorum quam Svecorum habent sonum) post
vocales longiores & diphthongos rite géminandis, maxima
cura est versandum. Quippe quæ litteræ, cum solitariae leniter
valde a nostratis emiti soleant 27) e. c. in viikon, rūpin,
niitun, necesse est probe géminentur, ubi sono duriori rigidiorve,
qui in wikkö, rüppi, niittu est obvius, efféruntur. Eodem mo-
do antecedente littera liquida m n, l, r, e. c. in kimpvu,
hamppu, kumppani, lenkki, hankket, finttu, minttu, æque
ac in arkku, nalkki, helpo, harppu, firppu, vartti, vall-
ti, portti, kiltti, est procedendum, veraque observanda litte-
rarum gemitatio, ut duriora ista f, p, t̄ in his & aliis ejus-
dem generis vocabulis scribendis pariter atque in enuntiandis
differant a lenioribus illis in kimput, hampun, lenkin, han-
ke, fintun, mintun; arkut, nalkit, helpot, harput, wartti,
kiltti. Nemo Fennorum ergo, Svecorum adhærens scribendi
mori (qui e. c. in vika, ropa, rita, hampa, harpa, hjelpa;
nalkas, lymka, marken, salta, vänta, erta solitaria apponere
so-

26) Sonum j a Fennis haud raro fere geminari, ejus vero loco ple-
rosque si exarare, jam observavimus (pag. 20), cuius autem rei
causam mox indicabimus. — Qui characteres Consonantium, sub-
sequente consona alia gemitare solent, e. c. palvelen, palkka, hirssi
pro palvelen, palkka, hirssi, in litteris præter necessitatem cumu-
landis illi certe peccant. Littera enim gemitata ibi, juxta geni-
tum elocutionis nostræ, non aliter quam simplex illa emitti potest.

27) Soni Estonum non solum f, p, t̄, sed etiam b, bb, d, dd, g,
gg (in quibus adhibendis illi Germanos temere imitantur) ejusdem
pronuntiationis esse videntur ac simplicia Fennorum f, p, t̄. Con-
fer e. c. Estonum jalg, tagga, suggo, leib, wabbat, riid, mad-
bo cum synonymis Fennorum jalki, taka, suku, leipä, vapu,
süta, mato. Quod vero ad Fennos non pertinet,

solent *p*, *b*, *t*) verum hac in re negligat linguae nostræ peculiarem genium. Horum enim & eloquendi & scribendi modus a nostro tam est alienus, ut nobis exemplo statui haud debeat. Hæc vero apposuimus, ut eluceat, quantum illi, qui Svecos imitantes e. c. kaili, pipu, hampu, limpu, lumperi, porti, kintu, lenki, kirkö &c. exarare solent, a vera scripturæ Fennicæ indole abercent.

E. De usu Vocalium & Consonantium monita ulteriora.

Qui jam elocutionis Fennicæ gnarus, Sonoranique & vocalium & consonantium usum, simplicissimum sane, nostratisbus solitum, diligenter edocet, ei incumbit rei, ut sonus quisque in enuntianda lingua obvius, in eadem scribenda suo accurate depingatur charactere peculiariter, eaque sunt, quæ nos fuse jam exposuimus, non contemnit, ille dubius, speramus, haud-quaquam hærebit, quibus, quo ordine positis, quomodo e col-latiis litteris vocabula nostra quæcumque exaret. Quædam ta-men monita, quæ nostri raro raro neglexisse videntur, ne-cessaria ducimus, quæ heic apponantur,

I. Valor & usus litterarum i vocalis & i consonantis di-versus probe observetur, neque hæc pro illa adhibeatur. e. c. sia, viat, pian &c. non siat, vjat, pjan. — Maxime vero attendendum est, ut diphthongi nostratiuum ie & iu recte exarentur, ideoque pro mjes, niemi, piukka, liukas, tje, nemo Fennorum mjes, njemi, pjukka, liukas, tje, tee l. se pingat. In diphthongis item ai, ei, ui, ãi, ãi, ii, ei (e. c. in al-kain, reikain, poikain, ei) i vocalis sedulo servetur, quia diphthongica vere est earum elocutio. Consilium igitur eorum, qui (ad Svecorum, diphthongis parentium, morem in

pojke, nej, poska, ajta, ej scribere solent, haud approban-
dum, sed Germanos potius in Saite, *ein, weit* a nostratisbus
imitandos censemus. Hinc apparet, usum scribendi illum &
antiquorem & vulgariorem, quo nos e. c. in *nuija, maija,*
pejaiset &c. in quibus eloquendis *j* geminatum (*jj*) fere oc-
currere putes, tamen *ij* exarare solemus, tum constantiae ser-
vandae causa, tum propter sonum fere diphthongicum vel in
his obvium, retinendum esse, eumque meliorem forsitan haben-
dum, quam morem quorundam recentiorum, quibus *nuija,*
majja, pejaiset magis placent, multoque saniorem, quam *nu-*
ja, maja, pejaiset (ut in Svecor, *nöje, koja*).

II. Neque in mora vocalis i designanda, *j* est adhibendum.
Quantum igitur illi, qui e. c. *vijmein*, l. *vjmein*, pro *vij-*
mein, *fljtos* l. *fjtos* pro *fljtos* exarant, errant & a sane Ortho-
graphiae regulis discedant, necesse haud est, ut ostenda-
mus. Consonantem enim cum vocali nunquam esse confunden-
dam, nec illam hujus vices praestare posse, cuique scripturae
perte perito est notissimum.

III. Vocales *e* & *å*, quae in ore nostratium diversae pla-
ne sunt, probe dignoscantur, (e. c. *pådalle* & *pådallå*, *teitå* &
tåitå non sunt confundenda). Cum vero littera *å* nobis sit
insolita, ejusque sonum nos semper per *o* exprimamus, caven-
dum est, ne in hac exaranda peccetur. Diphthongus item *uo*
rite apponatur, ideoque *too* l. *tvo*, *pooli* nemo pro *tuo*, *puo-*
si pingat. Neque peculiaritas, quae in usu vocalium prima-
riarum, secundariarum & mediariarum Fenniæ placet (pag. 15)
negligatur, (*merta*, *verta*, non *merta*, *verta*).

IV. In scriptura Fennica *v* potius quam *w* esse adhiben-
dum, rigor svadet Orthographicus. Est enim sonus hic in o-
re nostratium simplex, ut in linguis Gallica, Svecana cet, non
in aliis illius mutatione modo emittit, nisi resupponatur, ut

ut in Anglica s^epe duplex. Alia est ratio Germanorum, qui eti^m simpliciter etiam *w* suum pronuntiant, hoc tamen signo opus habent, ne cum sono litteræ *v* confundatur. Quorum igitur mos Fennis haud est imitandus, sed potius exemplo Danorum, qui st̄epissime *v* simplici uti solent, adhærendū. Sveci etiam in stilo latino *v* (non *w*) pingunt: cur non eodem modo in illo svecano? HOF. I. c. § 258.

V. De litteris item *s* & *f* alterutra releganda vide^tur, ne duplices eidem sono præter necessitatem tribuantur characteres. Galli igitur & Sveci recentiores, qui semper *s* (nunquam *f*) in stilo latino exarare solent, rei Grammaticæ haud male consuluerant. In stilo vero illo Svecano, quo vix unquam non utuntur Fenni, cum ambæ hæ litteræ jam sint usitatisimæ, difficilius forte erit, unam earum usu excludere. Ea tamen merito adhibenda est diligentia, ut in finiendis syllabis semper *s* (non *f*) pingatur. e. c. *Kassī*, *rīstī*, *kānsā* (si mavis pio aliorum *kānsā*) non *Kassī*, *rīstī*, *kānsā*, nec *Kassī*, *kānsā*. Hæc enim vocabula in *Kassī*, *rīstī*, *kānsā* sunt resolvenda, ut mox docebitur. Tam vero ex his, quam ex ipsa Fennorum pronunciatione patet, pro *f* nostraribus haud paucis solito *ss* scribendum esse. In vocabulis enim *Kassī*, *massī* &c. eloquendis nullum adest *z*: quod ergo in scribendo haud est inferendum, nec *Kassī*, *massī* exaranda.

Quæstiones, quæ de cetero hic pertineant, in etymologica Grammaticæ Fennicæ parte aptius solvendas & definendas relinquimus 28).

F. De

28) Momenta quedam, ad Orthoëpiam linguæ nostræ pertinentia, ex allatisque derivanda, quæ Scripta Fennica recitantium memoriam ulterius diligentiusque infigenda censemus, licet heic repetere:

I. De litteris Fennorum & vocalibus & consonantibus legendis omnino oberves, quamcunque earum eodem semper pleno, claro & invariato sono enuntiandam esse. Scriptis enim nostratrum nulli inferi

F. De Accentibus, Syllabis & Signis interputationum.

Cum Accentus Fennorum Tonici, tam major quam minor, definitas ubique syllabas occupent, ille sc. primam, hic vero
 H 2 alter-

solent characteres otiosi, quales in Germ. *hier*, *die*, *mahl*, Gallor. *aút*, *saon*, Svec. *djur*, *ljes*, *verld*, nec ambigui ut in Svec. *berg*, *lott*, Gall. *toi*, *vin*, atbi valor vocalium plane aliis est, quam in Svec. *ben*, *lod*, Gall. *avois*, *vis*.

II. Vocales fere omnes, maxime vero à ex ore nostratum, in primis Superiorum, apertius quam Svecorum sonant; horum namque à medium inter nostra e & à, pariter atque u nostrum inter o (omega) & u illorum tenere solet: nostratum o vero temperat o (omicron) & à in ock, år profertur, qua ipsa re nos antiquam Latinorum servare videmur pronuntiationem (vid. Allm. Litt. Tidn. Åbo 1803 pag. 323).

III. Omnes vocales simplices breviter, geminatas vero longiore mora emittendæ, ideoque para, tuli, puru, rüppu, lufku, kūlān aliter quam paata, tuuli, puuro, rüpppi, luukku, kulaan efferenda sunt. Unde patet, vocales charactere geminato exartatas, non diphthongos esse censendas, nec hiatu interjecto emitendas (ut in Svec. *beediga*, Germ. *beehren*) sed longiore sonantum enunciandas.

IV. Diphthongi nostratum pure sunt pronuntiandæ & cuique vocalium collatarum sonus tribuendus suus verus & genuinus. Nos enim vocales consociatas non aliter quam easdem simplices emittere solemus (more Germ. in *heute*, & Gall. in *main*, *moi*). Nostræ vero diphthongi, eti Svecis sunt ignotæ & quedam earum his difficultes enuntiati, non tamen negligendæ sunt, nec perverse efferendæ. Sic ie, iu nostra ut veræ diphthongi (non ut je, ju) expirant, vocabulaque e. c. tie, tiuru, niemi, piukka, siellä non ut Svec. *tjena*, *tjuta*, *njuta*, *pjäk*, *ssju*, *ssjäl* (Fenni enim duas nurquam consonantes in initio vocum proferre valent, pag. 22) sed fere ut Gall. *mien*, *tien*, *lieu*, vel Italor. *piano*, *cielo*,

alteram quamque, ceu supra (p. 23) exposuimus, unde & quisque lector locum eorum, ducibus solis vocalibus sine hæ-
sita-

pieno sunt esserenda. Item uo nostrum e. c. in nroest, huole,
quod Svecis difficultissimum est prolatu, Italis fere est usitatum e. c.
in buono.

V. Vocales aī, oī, āī, ðī, ūī, ēī collatae (diphthongi perpe-
tuæ) sono diphthongico, ubicunque sint obvite, sunt enuntiandæ,
sed au, on, uo, åu, öu, üo, eu, iu, ie haud nisi in prima vo-
cabulorum syllaba coalescente sono emittuntur. Hæ enim ubi in
secunda vel hanc insequentibus syllabis occurruunt, nec non vocales
alizæ duæ consociatæ ia, iā, io, id, eu, oa, ðā, ua, åā, ae, &c.
non ut diphthongi sunt eloquendæ, sed separatim quæque voca-
lium emitenda, qualis est ratio in ilantan, rnkous, räpäss, ho-
pia, minid, kapto, hüüpö, pimeüs l. pimeüüs, kutoa, näkä,
furna, püsük, æs pronuntiandis (pag. 16 & 17).

Inter hujus generis vocales si quis interdum, ubi elocutio popu-
laris id patiatur, vel pro ī exciso, vel pro ð Aboënsium, ut so-
lent Karelii, excludendo, vel denique pro solo hiatu interceden-
te, j aut y inferere velit, ei nos haud reseagabimur, e. e. fau-
van a fauka, reijän a reikä, ravan a rako, myyän a näkük,
rauvat pro raudat, funven pro fuuden, meijän pro merdän,
autuifsi pro autuifsi ab autuat, vainajille pro vaina ille a
vainajat. (pag. 18 & 19.)

Heic etiam observare & corrigerem liceat erratum, supra pag. 16
commisum, ubi īe inter diphthongos perpetuas enumeravimus,
quam vero, re accuratius examinata, & Poësi Fennorum (d'Anot)
consulta, non nisi in initio vocabulorum diphthongico enuntiari,
ideoque inter diphthongos primæ syllabæ merito esse referendam,
deinde intelleximus. Aque enim abutuntur licentia, Poëtis data,
qui īe in reliquis syllabis, quam qui ia, iā &c. ut diphthongos
collocant. De quibus tamen observandum est, Aboënses quosdam
fere hopja, funja, kalljo, hopjainen, mesjainen &c. proferte pro
hopja, funja, kalljo, hopjainen, mesjainen ceterarum dialecto-
rum, que in his ī veram vocalem, aliquaque quam in ahjo, kall-
ja, firja, varjo adhibere solent, (pag. 20).

sitatione invenire potest; patet, linguam nostratium facilius; quam ullam aliam signis pro iisdem denotandis carere posse. Aliter vero se res habet in definiendo loco Accentus illius *distributivi*, quippe qui ex ipsa oriens vocabulorum conjunctione & rerum dicendarum sensu, varius est pro varia auctoris sententia. Locus accentus hujus ut diligentius definiretur & denotaretur, lectori cuique vel dexterimo summæ eset necessitatis: idem vero in omnium fere linguarum Orthographia apto caret signo. Unde nec nos, pro eodem in lingua nostra scribenda designando, ullam commendare valemus methodum elegantiorum, quam ut vox eo ornanda vel unicialem (ut dicunt) in initio præ se ferat litteram, vel ut stilo sic dicto cursivo (aut illo, quem Schwabacher in officinis typographicis appellant) depingatur, qualis mos est Svecorum quorundam recentiorum.

Methodus vocabula in syllabas dividendi Svecis usitata una cum Alphabeto illorum in linguam Fennorum scribendam transmigravit, eaque quoniam sana est reprehendi haud debet. In qua vero re illa nostratibus necessaria videtur immutatio, ut cum duæ aut tres vocalibus interponantur consonantes, hæ semper (ideoque etiam *ff*, *ft*, *ff*, *fs*) ita distribuantur, ut alii solum harum sequenti adscribatur vocali, ceteræ autem priori adjungantur. e. c. *ris-ti*, *fas-li*, *faf-si*, *fas-sti*, *ras-va*, *virs-ta*, *hurs-fas*, *kons-ti*, *pols-tari*, *puls-kias*, item

VI. Consonantes *k*, *p*, *t* simplices ubique, maxime vero post *m* & *n* (*mp*, *nf*, *nt*) multo mutius sunt efferendæ, quam exdem litteræ ex ore Svecorum sonant, neque tamen ut horum *g*, *b*, *d* (pag. 9 & 10): item *j* & *f*, ubi simplicia adsunt, sono semper simplici eloquenda, fere at in Svecorum *bejaka*, *befe*, (pag. 9): — *h* ubicunque occurrit, sono pleno gutturali exspirandum (pag. 20): — *v* inter vocales & post *h* (*hv*) vel sono tremulo, Aboënsibus proprio, vel modo Tavastorum ut *l* aut *r* pronuntiandum, vel, ut solent Karelii, plane omittendum (pag. 31 & 45, 46).

item finip. pu, hanke, pirtti, non ei. ssi, ta. ssi, tarsi, vik-
sta, kon. ssi &c. ut quidam solent ex more Svecorum vel ve-
rius Latinorum. Fenni enim nec in vocabulorum, nec in syl-
labarum initis duas consonantes, minime vero ſſ, ſi enuntia-
re valent. — Ad vocales autem quod attinet, obſervandum
est, geminatas, longiorem ſonum exprimentes, & diphthongos
nunquam eſſe resolvendas, e. c. pou-ta, nie-nit, haa-ra,
puu-ro, non po-uta, ni-emi, ha-ara, pu-u-ro. Ubi vero in-
tercedit hiatus, ibi & caſura, e. c. ila-utan, ruko-us, furu-
a, non ilau-tan, ru-kous, fu-rua. Ex tribus autem vocali-
bus prima eſſe abſcidenda, e. c. hopi ainen, mestainen.

Sententias interpongendi modus nobis idem eſſe ac in lin-
guis exteris, ideoque valde inconstans & in scriptis variorum
varius. Heic vero non vacat, hunc modum diligentius ex-
aminare & definire. Eam tamen addamus admonitionem, in
vocabulis compositis ſignum conjunctionis ſemper interponen-
dum eſſe. Sic eſſiſſa, iſo-iſſa, ſuſi-ilveſ, Poto ihminen, ne
vocales coēentes cum diphthongis aut vocalibus longioribus
confundantur; & analogiae ſervandae cauſa etiam ulko-maa,
Poto-kulč, nauris-maa, talon-poika cet. Noſratibus igitur
Svecorum moſ haud conuenit, qui illo ſigno ſæpe omislo,
pennknif, bokperm &c, ſcribere ſolent.

G. Disquisitio brevis de scripturæ ratione voca- bulorum peregrinorum, civitate Fennica do- natorum.

Quoniam viri eruditissimi, alius etſi Linguae amici & do-
tores, quæſitionem de vocabulis peregrinis adſcendis, ho-
rumque Orthographiæ doctrinam plene optimeque explicarunt,
in ſuisque diſquiftionibus ſcita protulerunt, in hac re pluri-
mum habentia ponderis, quæ accommodatione facili & in no-
ſtro

stro adhiberi possent opere (vid. Sv. Ak. Handl. I. c. pag. 206 sequ. & præsat. pag. 77 sequ. nec non HOF. I. c. §§ 108.-116 & §§ 431.-444); otiosum duximus, minusque necessarium placita eorum fusius heic repetere. Paucis igitur præmissis annotationibus, nos ad immutationes in vocabulis peregrinæ originis, quæ in Fennicam linguam assumenda videntur, eloquendis & scribendis faciendas festinamus, cuique, qui in re dubius haereat, scripta laudata attente perlegenda & rationes argumentandi in iisdem allatas examinatasque diligenter consulendas, nostræque linguae indoli hodiernæ applicandas jugiter commendantes.

Præsumimus igitur, opus Fennis, æque ac reliquis fere omnibus populis tuit, esse, ut vocabula peregrina multa in linguam suam cooptent. Cumque idioma Svecorum hodie altera quasi & cultior nostratum sit dialectus, quæ magna eminentiorque pars gentis nostræ, non in juridicis tantum & ad scientias pertinentibus rebus, sed in consuetudine etiam quotidiana uiri solet, patet quidem hac ex lingua plurima nobis accommodanda esse vocabula. Nos quidem ii haud sumus, qui omnia exterorum vocabula, quorum synonyma nobis haud adiut vernacula, inter nostra esse recipienda, eoque facto faciem linguae nostræ semibarbaram fere reddendam statuamus. Quin potius putamus, exteris illis parce omnino, iisque mque non nisi in locis, ubi evitari nequeunt, utendum, linguam vero nostram diligentissime colendam, novas voces scite creandas, derivandas & componendas, dialectorum copias uberrimas colligendas & expoliendas, itaque e nostris quasi fontibus penuriam, quæ hodie laboramus, quantum fieri potest, esse levandam. Nec dubitamus, pleraque peregrinorum verba, nominaque appellativa, ut dicunt Grammatici, sed maxime adjectiva nostris vocabulis, si non simplicibus semper, compotis tamen, vel jam notis, vel novis scite derivandis reddi comp-

commodè posse. — Quæ vero singulæ viæ etiæ nobis patent, diligentissimeque sunt calcandæ, magnus tamen est numerus vocum exterarum, quas & in commercio doméstico & in scriptis saltē familiarioribus, vix evitare poterimus. Hujus generis sunt nomina nostratium propria, quæ plerumque exteris e fontibus sunt hausta, item nomina rerum naturalium, nobis exoticarum, & artificialium, peregre inventarum, nec non officiorum & institutionum civilium, ut alia prætereamus, quibus respondentia in lingua nostra nunquam reperturi sumus (29). Pro quibus igitur exprimendis peregrina illa, nostratibus jam consuetissima retinere, nobis quidem iudicibus est consultissimum.

Præsumimus simul vocabula extera mutuanda ad genium elocutionis nostræ esse convertenda & ad regulas Orthographiæ nostræ scribenda. Quæ vero in re peragenda difficultas ex dialectorum Fennicarum varietate nobis exoritur paucis attingenda. Notum namque ex iis, quæ supra pagg. 13, 21, 22, attulimus, est, Fennos quosdam, Svecorum accolas, maxime Aboënses, sermonem suum temporum successu non parum immutasse, & ad Svecorum elocutionem formasse. Unde quispiam inferioris illius dialecti amicus in vocabulis ad nos transeuntibus, modum loquendi Aboënsium, qui Svecano est simillimus, in scriptis esse servandum urgeat, sperans, Fennos vel superiores Aboënsium morem olim esse imitatuos.

Nos

29) Quomodo vocabula e. c. kapiten, löjtnant, fana, gevår, peppar, rusin, kaffe, tobak, guld, koppar, lejon, glas, kanna, panna, piga, dom, ne centena millia offeramus, vocabulis Fennorum synonymis aptis reddantur, nescimus. Multæ de cetero voces peregrinæ jam ante nostra tempora ad nos translateæ, & nostro non hospitio solum, sed vestitu etiam sunt donatae. e. c. kuzinkas, ruhtinas, pappi, kirko, raamattn, sielu, ruis, markkinat, aasi, rotta &c. Numne optimum, vestigii antiquiorum insisteret & plura necessaria mutuari?

Nos vero, qui puram genuinamque linguae Fennicae enuntiationem non ex ore Aboënsium esse repetendam putamus, quibusque nec Interiorum svtizans, nec Superiorum agrestis placet elocutio, sed dialectum intra fines Tavastiae, Satakundiae superioris & Rottniae inferioris obviam, quæ cum utrisque & Aboënsibus & Karelis optime conspirat, & utrisque enuntiatione est facillima, adamamus (pag. 27), non possumus non censere dialectum hanc medium vel in vocabulis exteræ originis, Fennico induendis habitu i. e. Fennice eloquendis & scribendis nitidissimam, tutissimam, optimam. Nova vero facies, quæ hoc probato principio haud paucis dabitur vocabulis mutuandis, nemini displiceat: eandem enim in libris quisque facile recognoscet, quam in ore Tavastorum saepè agnoverit. Nec scire valemus, cur elocutio Fennorum purior ad enuntiationem Aboënsium degeneratam sit conformanda.

Quibus vero allatis, nos sequentes in vocabulis laudatae àndolis proponemus enuntiandi & scribendi immutationes, ex antecedentibus facile derivandas:

Ad Vocales quippe quod attinet, convertas:

I. Vocalem Svecorum o (omega) in Fennica uo, rarius in uu e. c. muori a mor, puoti a bod, muuti a mod, luoti a lod. (30)

II. Svecor. u emittas ut Fenn. u vel uu (brevius vel longius juxta variam moram) e. c. muuti a mur.

III. Svec. ä (quod inter e & å nostratum positum est)
I sae.

30) Exempla, ubique forte non optima, quæ diligentius colligere haud vacavit, quæ vero assertorum illustrandorum gratia apposita voluimus, nemo vituperet. Quot enim & quænam vocabula ex lingua Svecorum ad nos transferenda sunt, nondum hodie definiti potest.

sepius ut å, interdum ut e Fenn. pura, e. e. väll a färg,
sölv a fjäl.

IV. In vocabulis, quæ in syllaba initiali vocales å, ö, ü (secundarias vocales) habent, finalem illam si a, o aut u sit, ita esse immutandam, ut cum illis congruat (pag. 15) e. c. pülli a byttä, rüss a ryssja, türknni (quod plerisque placere Fennis observavimus) vel surann a tyram.

V. Svec. a pro eloquendi mora in Fenn. oo vel o, aut interdum ad morem antiquiorum in aa e. e. puallt a båt,
maalt a mål,

VI. Vocalium mora probe observetur, hujusque ad tenorem illæ vel simplicibus vel geminatis characteribus nostris de pingantur. e. e. piina a pina, pülli a pik.

De Consonantibus vero observes;

I. Svec. b, g, d ubique & bb, gg, dd in medio fineque vocum in p, t, k Fennica esse vertenda, ideoque vel ubi Aboënses pro d Svecorum suum d' tremulum, aliis Fennis ignotum, adhibere solent, ad morem dialectorum superiorum potius esse exarandum. e. c. pispa a biskop, panna a bann, suomio a dom, sestli (non sedeli) a sedel, lasti (non lusdi) a los &c. (pagg. 11, 46).

II. Svec. k, p, t in medio & fine vocum in kk, pp, tt, nec non ck in kk transformanda, e. c. kirkö a kyrka, luokta a loka classis, lenkt a länk, pukki a bock, pipppu a pipa, hamppu a hampa, vuuttu a ruta, pantti a pant, supalla a tobak.

III. Svec. j sequente consonante in i (pojka non pojka a pojke); inter vocales vero, ubi duplex ejus est sonus, in jj, vel potius in ij (pag. 53) vertendum (maijs a maya, maria, soija

Bojst a hoja): sed antecedente consonante in i (sielu, non sei lu a ffäl).

IV. Svec. f, de quo saepius diximus (pagg. 13, 22, 43) potius modo Fennorum plororumque in h, & geminatum ff in hh convertenda, quam more Aboënsium retinenda, ex rationibus nuper allatis censemus. e. c. vaari a far, kahve a kaffe.

V. ff & ft in hs mutanda (kahsi a takt, kohsa a kofta).

VI. v sequente consonante, vel f ubi ut v emititur, in u vel û, & fv in v vertenda (taulu a tafla, houlaab ab höfala, tavata a stafva).

VII. Svec. sk sibilans vel in t, vel ll, vel potissimum in s (non ss) convertendum (küäsit, küässt vel siässt, non sjässt a schäs).

VIII. In vocabulis a sk, ll, sm, sn, sp, spr, skr, spl, fl, flr, fv incipientibus, illud, quod omnium Fennorum vel Aboënsium in ore excludi solet, in scriptis certe esse negligendum, id oque luitto a skuta, pelaa a spela, minlli a smink, nikkar a snickare, lantti a slant, ullku a sticka, varvatt a svarfware &c.

IX. Eadem ratione ex vocabulis, quæ a bl, br, gl, gr, dr, pr, kl, kn, kr, tr, fl, fr incipiunt, quæque Aboënses ope suorum pl, pr, ll, En, rr, te, fl, fr emittere amant, priorem tamen consonantem, modo Fennorum reliquorum, esse ut in sermone, ita in scribendo quoque excludendant, qualia exempla supra pag. 22 attulimus.

Ceteras, quæ in vocabulis Svecorum mutuandis observanda sunt & eloquendi & scribendi immutationes, sive ac exceptiones, quibus allatæ obnoxiae sint regulæ, pronuntiatione nostra.

nostratum popularis facile luculenterque docebit, quare easdem
heic fuisus colligere, vetante pagina, supercedemus.

Ex allatis jam patere speramus, Fennis in lingua sua si-
lo exaranda his opus esse litteris: **a**, **å**, **o**, **ö**, **u**, **ü**, **e**, **i**,
h, **j**, **k**, **l**, **m**, **n**, **p**, **r**, **s**, **t**, **v**, nec non, si placet, **ð** & **ȝ**:
ceteras vero omnes in Alphabeto Svecano-Fennico occurren-
tes, ex numero characterum usitatorum facile excludi posse.
Regulas simul, quarum ad normam illæ litteræ sunt enuntian-
dæ, adhibendæ & conjungendæ, apposuimus. Quæ omnia si
nostrates approbare & imitari velint, Orthographia Lingue
Fennicæ, si non perfectissima & optima, longe tamen melior,
ut nos putamus, constantior & facilior erit censenda, quam
Gentis alius eujuscunque hodiernæ, notæ. Rationes vero, e-
quibus hæc omnia postulare ausi sumus, ex antecedentibus re-
pesat, & deinde sententiam nostram judicet æquis rei Censor.
Si autem quis sit, qui de illis dicat: *observandum, non imi-
tandum, ei nos nihil ulterius opponemus, nisi HORATII illud
egregium, humaniſſimum;*

*Si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti: si non, his utere mecum.*

Pag. 37. lin. 23. Genet. *lege Caf*, Genitiy,
— 39. — 10. *tui l. tuti.*

Leviora ipse H, L, emendet,
